1 BA 75

Interdictions concernant les veillées (vigiliae)

Les Veilles dans les églises interdites, sauf pour la fête du S. Patron.

Conc. de Rouen. 1231. C. XV

« Prohibeant similiter [sacerdotes] ne vigiliae fiant in ecclesiis, nisi in festo illius ecclesiae Sancti. »

Mansi XXIII, 216.

## Interdiction des Veillées dans les Eglises et les Cimetières

### Concile de Cognac. 1260. Can. i

« Cum ex vigiliis quae fiunt in ecclesiis, frequenter multa turpia insequantur, et frequentissime vulnera inferantur propter quae eaedem ecclesiae reconciliatione, quae per solos episcopos habet fieri, indigere noscuntur : statuimus et praecipimus firmiter, ne de cetero in ecclesiis praedictis vel coemeteriis vigiliae ~~agantur~~ fiant. Ceterum luminaria et alia quae ex pia devotione fidelium provenire consueverunt, fieri praecipimus et mandamus. »

Mansi XXIII, 1033

Interdiction des Vigiles dans les églises

Conc. de Bude. 1279. C. XLIV

Mansi, XXIV, 290

« Praecipimus quod ecclesiarum rectores in suis ecclesiis vigilias fieri a laicis non permittant: cum ex hoc scandala proveniant, et peccata; nisi forsan in illis ecclesiis, in quibus ex devotione fidelium vigiliae tales consueverant fieri ab antiquo. »

Fête des fous, interdite (aux prélats, aux moines, aux moniales)

Conc. de Paris, 1212, Pars IV. C. XVI

« A festis vero follorum, ubi baculus accipitur, omnino abstineatur. Idem fortius monachis et monialibus prohibemus. »

Mansi. XXII, 842

Même défense au Conc. de Rouen, 1214 où le canon est ainsi redigé :

« C. XVI - A festis follorum ne accipiatur baculus omnino abstineatur.

C. XVII - Item monachis fortius et monialibus prohibemus praedicta »

Mansi XXII, 920

cf. Jean de Rouen (d'Avranches) de off. eccl. ds. P.L. 147 col. 136

Fête des Innocents interdite

Statuts de l'Eglise de Nevers, vers 1246, § iii

« Item, quia in festo Stultorum, scilicet Innocentium, et anni novi in ecclesia vestra multa fiunt, sicut intelleximus inhonesta, sub poena excommunicationis inhibemus districte, ne talia festa irrisoria de cetero facere praesumant, firmiter injungentes, ut sicut aliis diebus solemnibus servitium divinum faciatis; ita in his festis cum omni honestate et devotione facere procuretis. »

Mansi XXIII, 731

Interdiction de la fête des Innocents

Concile de Cognac. 1260. Can. II

« Rursus cum in balleatione quae in festo sanctorum Innocentium in quibusdam ecclesiis fieri inolevit, multae rixae, contentiones et turbationes, tam in divinis officiis quam aliis consueverint provenire, praedictas balleationes ulterius sub intimatione anathematis fieri prohibemus : necnon et episcopos in praedicto festo creari : cum hoc in ecclesia Dei ridiculum existat, et hoc dignitatis episcopalis ludibrio fiat. Divina tamen officia prout melius et honestius fieri potuerit, ut in aliis festivitatibus, celebrentur. »

Mansi XXIII, 1033.

Interdiction partielle de la fête des [Innocents ?]

Concile de Salzbourg. 1274. Can. XVII

« De episcopis puerorum.

Ad haec quidam ludi noxii, quos vulgaris elocutio episcopatus puerorum (Eptus puor) appellat, in quibusdam ecclesiis exercentes adeo insolenter, quod nonnumquam enormes culpae et damna gravia subsequuntur. Ex ipsis hos ludos in ecclesiis et a personis ecclesiasticis de cetero fieri prohibemus nisi forte parvi sexdecim annorum et infra fuerint, qui huiusmodi ludos exercent, quibus alii seniores ipsis nullatenus se misceant, aut intersint. »

Mansi XXIV, 142

La fête des Innocents dans les monastères de religieuses

Const. de Jean Peckham arch. de Cantorbéry, promulguées au Conc. de Reading, 1279.

Puerilia autem solemnia, quae in festo solent fieri Innocentum, post vesperas S. Johannis tantum inchoari permittimus : et in crastino in ipsa die Innocentum totaliter terminentur.

Mansi XXIV, 264.